

R. 196. 507

FRANCISCI

VELEZ, AB

ARCINEGA TOLE-

tani Pharmacopœi, de simplicium medica-
mentorum collectione, electione, preparatione ac res-
positione: cum simplicium, Mesues commentarijs
ac nonnullis compositionis liber.

ANDREAE AMVADIO AB

Alfaro Regis Philippi à cubiculo medico, eiusq;
Archiatro dicatus.

VIRTUTE DVCE, ET



COMITE FORTVNA.

TOLETI,

Typis Petri Rodericij.

1593. Digitized by Google

Cum facultate et Privilegio.

FRANCISCI

VELEZII AB ARCI-

negæ Cæriani, Olim Toletani

Pharmacopœi, à nonnullis aman-

tissimis desiderata, de Monocero-

rotis historia, epistola.

AD FRANCISCVM PE-
niam medicum Toletanum. .



VM tot de Mono MOVONIGOR
cerotis historia, e-
iusque cornu, varie
ac diversæ sint opi-
niones, visum mihi
fuit aliquid (non tan-
tum de ipsius historia, sed de viribus
cornu) ad lucem edere. Plinius lib. 8.
cap. 21. Monocerotem ferocissimū
animal depinxit, idque etiam Solinus
cap. 65. lib. sui de rebus mirabilibus
mundi, dicens. Sed atrocissimum est
Monoceros, monstrum mugitu hor-
ridus,

A

Digit

ridus, ogle

ridus, equino corpore, Elephanti pedi-
bus, cauda fœuila, capite Ceruino, cor-
nu e media eius fronte protenditur,
splendore mirifico, ad longitudi-
nem pedum quatuor, ita acutum,
vt quicquid impetat facile ictu eius
perforetur. hæc Solinus. Monocero
tem eundem esse existimant nonnulli,
cum ea fera quam Indicum asinum
nominant, de quo Arist. cap. 1. 2. lib.
naturę animalium, & Plinius cap. 37.
vndecimi naturalis historie scripsere:
sed quantum ex feræ differat, qui re-
cte accurateque earum historias lege-
rit, luce clarius meridiano inueniet.
Asinus Indicus (vt Statius Põpinus
lib. 3. cap. 5. de animalium historia,
scripsit) corpus album, caput purpu-
reum, oculos nigros, cornu media
fronte, cuius superius puniceum, in-
ferius album, medium deniq; nigrũ,
habet. Qui cum a venatoribus Indi-
cis inuaditur, filios suos ætate vique
teneros, a tergo suo pascentes habet.

*Asinus In-
dicus effi-
gies.*

re Amato Luciano enarratione 52.
in Diosc. com. m.) efficax anthidotū
est. Ramentum eius in vino potum
(Andernaco authore) iuuat partum
& secundas educendas, nec non sudo-
rem. Ad venena, pestilentiamque au-
gendā potu salubriter datur. daturq;
scropuli quātitate aqua floris narantij
dissolutum, ijs qui arsenicum sumpse-
runt: pueros, & contra lumbricos
gr. xij. quantitate aqua graminis: a-
qua & nimpheę ad irritandum vom-
itum contra pestem. Similem fere fa-
cultatem Monocerotis asini equique
Indici cornua habet. Quod Eliani au-
toritate comprobatur, qui lib. 3. c. 39.
inquit. Terram Indicam, equos vno
cornu pręditos procreare ferūt, quo-
rum ē cornibus pocula conficiuntur
in quæ venenū mortiferum coniectū
siquis biberit, nihil graue patietur,
quod cornu repellat malum ipsum,
nec solum equi cornu sed etiam Asini
hoc malum propellit. hæc Elian. Ad

*Equi Indi
ci cornu
virtutes.*

mentem veniunt verba ex tertio vice
Apolonij lib. quæ hic scribere non
alienum à ratione erit. Asinos (inquit)
Syluestres, in vicinis paludib' multos
capi dicunt, esse autem huiusmodi fe-
ris in fronte cornu, quo taurorū mo-
re generosissime pugnant. Confice-
re autem Indos ex illis cornibus po-
cula, asseruntq; nullis morbis illo die
affici, qui eiusmodi pocula potaue-
rint, nec si vulnerati fuerint dolore,
nec ullis venenis ledi, quecunq; nocē-
di gratia in potu datur, ideo regū
esse eadem pocula, & regi tantum e-
iusmodi feræ venationem permitti.
hæc Phylostrato. Sed si nostra tem-
pestate, hæc tanta vi dicta, facere non
possunt, quia cornua vel pocula se-
nectute defessa sunt, id contingere
auderē dicere, nam tractu tēporis di-
etorum animalium cornua, vires ac
virtutes deponunt. Omnia quidem tē-
poris iniuria debastātur, ac consump-
tionem acquirūt, ideo Gal. lib. & c. 1.

~~Vni~~ Vni
cornu pro
batio.

de compositione pharmacorum Lo
cal. Metallica (inquit) per longioris tē
poris ~~symp~~ vires suas amittūt. Qui
piam quum ^{MONOCEROTIS} cornu specimē
edunt, ipsius ségmen vel fragamen in
aqua iniiciunt, quod illico eius super
ficies bullis plena (magno spectantiū
miraculo) conspicitur: sed hoc quidē
non tantum in vnicornis cornu, sed
reliquis etiam nonnullis ac lignis con
tingit: quod ebore ac Cetacei ose, quis
velit, experientiam facere poterit.
Verum vnicornis cornu dignosci
tur, duobus acceptis catulis, quibus iur
e venenū prēbendū: alteri Gran. 12.
cornu impuluerē per quam tenuissi
mum redacta, alteri non danda, si ve
rū cornu vnicornis fuerit, quorū qui
pulverem accepit, non, alter vero vitā
cum morte commutauit. Monocero
tis cornu, graue, densum, nigrū, splen
didum, cuspideq; nigrus, versuris, ni
hil vacuum habens eligendū. quibus
(sed non versuris) & coloribus antea
dictis

Monocero
tis &
Asini In
dicicoru
electio.

4

dictis Afini Indici signis. Inopia
 aquarū (Stacio Pompinio lib. & cap.
 dicto, auctore) paucos nonnullos ad
 amnes ferē in cōfinibus Indiæ se con
 gregant, earumque nulla prius bibit,
 quousq; Monoceros aquas, salubres
 à venenatis cornu tactu redat. De Na *Naricor*
 ri cornu, id est *givokeros*, Plin. c. 20. lib. 8. *nu id est*
 Sol. c. 43. Strabo. lib. 16. multa scrip- *gironeros*
 sere, libro etiam, quem anno 1593. ty
 pis mandavi figuram scripsi, ideoque
 hic eius effigiem depingere nimis fri
 gidum esse visum est. Dicitur Rhino
 ceros à *giv geros* quod, nasum significat
 & *keros* cornu, quorum cornua, anima
 lium cardiacam nullam virtutem (et si
 nonnulli ex pharmacopœorū nume
 ro, ea pro myropollijs ornandis) ha
 bent: quorum alij pro Monocerotis
 cornu, nulla ratione (nisi quia Garcia
 ab horto lib. 1. c. 14. aromatum apud
 Indos nascentiū historia, ipsius Ben
 galæ incolæ existimantes Monocero
 rum esse aduersus venena uti inquit)
 venūn

venundant. Sunt & vnicornes boues
solidis vngulis nec bifidis, quorum
Sol. cap. 65. & Gil. cap. 38. lib. 4. histo-
riz animalium, sed ad medelæ vsum,
eorum cornua valere, dictorum nemo
scripsit. Et hoc de vnum cornu ani-
malibus habentibus satis sit: nam fru-
stra dicuntur multis, quæ dici possunt
perpauciora. Hæc boni consulatis
quæ de Monocerote, Rhinocerote,
Asino equoq; Indico, bobæ vnicor-
ne dicta sunt, velim mi Pharmacopœi
dilectissimi, intelligatisque nihil
mihi tam carum esse, quo minus illud
vobis etiam impertiar, nunc libentis-
sime valete. Curia. 3. Kalend. Septem-
bris, 1594.

PRÆFATIO.



QUOD huius libri vni-
 uersa tractatio de sim-
 plicibus & composi-
 tis medicamentis, fu-
 tura sit: ratio postulat,
 vt primum, quid simplex medica-
 mentum & compositum sit, & quo
 à nutrimento differat, ex ponamus.
 Verumtamen priusquàm medica-
 menti distinctionem scribam, qui-
 bus modis vniuersaliter medicamē-
 tum sit accipiendū ex planare, con-
 sentaneum rationi erit. Absolutè er-
 go medicamentum bifariam consi-
 derari potest, videlicet, aut solum
 perse aut quatenus corpori humano
 est applicandum: quare vbi perse so-
 lum cum considerauius, nihil esse
 dicemus, vt docet Galenus, lib. 6. de
 compositione medicamentorum, se-
 cundum

Medica-
 menti con-
 sideratio.

A

cundum

*Foliorū genera quō temp. col-
ligenda.* Foliorum genera excerpenda sunt
quādo completam magnitudinem
& formam habēt, priusquā suum
propriū colorem amittant. Quo-
rum collectionis Adiātī capite Deo
duce scribam. Nūc de animalīū par-
*De anima libus & eorum par-
tibus.* tibus oratio nostra sese offert, à qui-
bus multæ recipiūtur partes, & mul-
ta ex eis integra. De numero eorum
quæ integra recipiūtur, sunt Vulpes,
Cantarides, Hirūdines, Scorpiones.
Partes quæ ex animalibus sumūtur,
sunt lac, serum eius, œsypus, os ex
corde cerui, sanguis hircinus, Scinci-
renes, Monocerōtis, Cerui, Rhinoc-
erontis, capræ cornua, ebur, sepum vi-
tulinum, ceruinum, vacēinum, tauri-
num, hircinum, medulla vaccina, vi-
tulina, ceruina, adipēs vulpium, ana-
tum vrsorum, ardearum, capum, gal-
linarum, hominum, suum, canum,
catōrum, hepar lupi, pulmo vulpis,
buty-

lutyrum, Viperarum, capita cerebella passicuta, sanguis & simus lacti, simus etiam Caprarum, Ichthyocola, sanguis hircinus, testes fibrorum, senectus anguis. Quæ animalium distę partes, ex animalibus medię etatis, & florentibus, sunt recipiendę, vt Auicenna testatum reliquit cap. 6. libri & tractati 2. vbi inquit. Illas vero quę sunt ex animalibus iuuenibus tempore veris, & autumni, eligantur animalia saniora corpora habentia, & integriora membra, & oportet vt quicquid de eis tollitur, tollatur cum decollata sunt & caueatur ne illud quod assumitur sit ex animalibus mortuis ab egritudinibus eis occidentibus, hætenus Auicenna.

Serum lactis.

Serum lactis Caprę iuuenis nigre salubribus alimentis nutritę, paulo

*Anima-
lium par-
tes ex qui-
bus ani-
malibus
accipien-
de.*

etur facultatem quam corroborandi
 cor habent amittunt. Et siccandi &
 refrigerandiq; post eorum lotionē
 tantum facultatem habent. Vsta ad
 diuersos effectus (vt capite Armeni
 lapidis dicitur) præparentur: quæ
 parata integraque cornua suæ den-
 sitatis causa, vasis vitreatis locis sic-
 cis & frigidis longa temporis diu-
 rnitate seruantur. Sed quum de
 Monocerotis, Rhinocerotis, Ca- *Cornua in*
 præ & Cerui, mētionem feci, ratio- *tegra &*
 ni consentaneum erit, dictorum ani- *præpara-*
 malium historias paucis narrare. *ta longo*
 Nonnullis doctorum virorum auto- *tēpore du-*
 ritatibus. *rant.*

Vnicornu seu Mono-
ceros.

Plinius lib. 8. cap. 21. Monocero- *Monocero-*
 tis. 1. Vnicornu historiam narrat di- *rotis histo-*
 cens. Asperimā autem feram Mo- *ria.*
 nocero-

Menoceros, Vnicornis nocerotem, reliquo corpore equo similem, capite Ceruo, pedibus Elephanto, cauda Apro, mugitur graui, ab aliquibus Vnicornibus Vnicornudicatur. vno cornu nigro media fronte cubitorum dūum eminente. Hanc feram negant viuam capi.

Rhinoceros.

Rhinocerotis historia. Mentionē fecit etiam Plin. Rhinocerotis, lib. dicto capit. 20. dicens. Eisdem ludis & Rhinoceros vnus innare cornu, qualis sæpè visus. Alter hic genitus hostis Elephantos: cornu ad saxa limato præparat se pugna, in dimicatione alium maxime petens quam scit esse molliorem. Longitudo ei par crura multo breuiora, color buxeus hætenus, hoc animal à Plinio Rhinoceros dictum. *Naricornu animal* i. Naricornu, ex orientalibus Indijs Lusitani in nostrā Hispaniā magna cura, summoq; labore, oculis liquore

fractis forti, cornu serrato, ob nimiam suam ferocitatem deduxere. Eumq; multoties hac in Toletana ciuitate posteaque curia vidi. Est enim ferocissimum animal cineris colore, duum bouum magnitudine, Elephantisq; longitudine, ceruice crassissima, forti & rugosa, pedibus rotundis, tribus ungulis & duabus alijs, durissimæ carnis callorū instar diuisis, magnitudine sandalij: capite lacerti, paruis oculis, cauda breui vnius palmi sine setis & pillis, auriculis duris in altum rectis, in quarum parte altiore pillos habet, reliquumq; eius corpus eis caret: habet & signū in quo eius cornu ad herebat super nares patinæ communis magnitudinis: corio durissimo vestitur, conchis multis armato, ita vt minimè tormētis manuarijs dirumpi possit: duo cingula etiam habet tanquam Draconum

conum volumina adorso vsque ad
 vterum circumtenta, alterum iubam
 versum, alterum ad lumbum, sub
 clunibus vero & scapulis manuum,
 magnam corij quantitatem pensam
 folliculis caligarum similitudine: est
 & præterea velocissimum animal,
 nam equos cursu magnoperè supe-
 rat, ordeo & eius palea alitur. Huius
 animalis cornu vidi, quod Monocer-
 otis cornu formā habebat, sed erat
 crassius & durissimum ferri instar.
 Dicitur hoc animal Hispanis Haba-
 da, quod Albertus falsò Unicornem
 lib. 22. de animalibus nominat: nam
 mea sententia dum absolutè unicor-
 nu dicitur, de Monocerote animali
 tantum est intelligendum, quanquā
 vnum quodque animal quod vnum
 habeat cornu, unicornu dici possit.
 Mētionem Rhinocerotis Aelianus
 lib. 17. cap. 4. de animalibus, Strabo,
 lib. 16.

Habada.

lib. 16. Siculus, lib. 4. suæ Bibliotecæ
& Artemidorus fecere, sed eius for-
mam non rectè scripsere.

Cervus.

Cervi animalia notissima sunt, de *Cervorum*
quorum historia Aristoteles, tum. 6. *historia.*
& 9. de historia animalium libris
tum. 4. de partibus eorum abunde
scripsit. Qua ratione de eorum cor- *Cornu Cer-*
nibus hic tantum agendum erit, ut *ui an dex*
intelligatur quale eorum dextrum *trum aut*
an sinistrum ad medicinæ usum sit *sinistrum*
recipiendum. Maribus anniculis non *ad medici-*
dum cornua nascuntur nisi quod in *ne Usus*
dicij grâtiâ sit quoddâ prætuberans, *recipiendū.*
quod breue hirtumq; est. Binis cor-
nua oriuntur simplicia, & recta ad
Subularū similitudinem: quamobrè
sabulones per id tēpus eos vocant.
Trimis bifida exeunt. Quadrimis
trifida, atq; deinceps ad annum sex-

C

tum